INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM VRATISLAVIENSI

PER HIEMEM ANNI MDCCCXXXVIII.

A DIE XXII. M. OCTOBRIS

HABENDARVM.

PRAEMISSA EST FRIDERICI RITSCHELII DE EMENDATIONE FABVLARVM TERENTIANARVM DISPUTATIO.

TYPIS VNIVERSITATIS.

VNIVERSITATIS LITTERARVM VRATISLAVIENSIS RECTOR ET SENATVS COMMILITONIBVS

S.

Etsi quae praefari scholarum indicibus in hac litterarum universitate habendarum vetere et antiquo instituto solemus, pertinere ad vos universos volumus, tamen eadem non mirum est propiore etiam vinculo cum vestris rationibus contineri, qui cum graecis latinisque, in quibus fere versamur, litteris ipsi studetis, tum in seminario regio philologico exercemini. Vobis igitur posteaquam in Dionysii Antiquitatibus per aliquod tempus elaboratum est, ut ad Terentii fabulas transitum ipsi pararemus, ea nunc in medium afferre haud abs re putavimus, quae nec colligi sine ampla librorum supellectile posse, nec satis ex omni parte iudicari nisi ab artis criticae paullo peritiore viderentur. Ac speraveramus sane fore ut eius rei is nobis otium faceret, cuius curis ornatiorem elegantissimum poetam proditurum rumor ex aliquo tempore percrebruerat, Reinholdus Klotzius. Verum eam exspectationem dici nequit quam ille, laudatus alioqui vir, fefellerit. Nam cum omnis eius opera, quam emisso his ipsis diebus primo volumine publico iudicio proposuit, in eo consistat, ut collatis duabus vetustis editionibus, quae ex Romano codice manarunt nobis probe noto, rectius aliqua ex parte Donati disiecta membra constituerit, tum ad ipsa Terentii verba emendanda novi propemodum nihil attulit. Nisi quidem illud novum est, quod semel bisve singulis paginis in marginem reiecta Bentlei scriptura eam revocavit, quae fere legebatur ante Bentleium. Id autem cum per se nihil habeat cur improbetur, tamen ab Lipsiensi editore ita institutum est, ut non profecisse Terentianae fabulae, sed aliquantum detrimenti cepisse merito existimentur. Quam enim spem fas est de eo concipi, qui sanas et necessarias easque exploratissimas prosodiae et metrorum rationes adeo perverterit, ut Andriae versum prologi 11. sic potuisse a poetae manu prodire sibi persuaserit: *Non íta dissimili sunt árgumento, sét tamen*: vel Sc. I, 25. hunc probaverit: *Liberius vivendi fuit potestas* e. q. s., vel 60. 85. 127. hos: *Dicébant aut Nicératum, nam hi tres túm simul: Quid si ípse amasset? quíd hic mihi faciét patri: Quis igitúr relictus ést obiurgandí locus.* Quanquam fatendum est sane non mediocriter istiusmodi elegantiis nostros nunc homines delectari, qui vel Horatio dignum hunc versiculum pronuntiarint: *Ramisquē oblíquo laborat,* et mox non dubito quin tales etiam numeros admiraturi sint gratiarum dulcedine mirifice conditos et nectaream suavitatem spirantes:

Videó, patres conscrípti, in me ómnium
Vestrum óra atque oculos ésse conversós: video
Vos nón solum de véstro ac rei públicae,
Verum étiam, si id dépulsum sit, dé meo
Periculo sollícitos esse. 'Est mihi —:

vel Plautinum robur in talibus deprehensuri:

Factúrusne operae prétium sim, si a primórdio
Vrbis res populi Rómani perscrípserim,
Nec sátis scio, nec sí sciam ausim dícere:
Quippe quí cum veterem túm vulgatam ésse rem
Videám, dum novi sempér scriptores e. q. s.

nisi quidem v. medio, ne ab inviolabili auctoritate codicum usquam recedatur, pronuntiandum potius *dicére ăusim.* Quid? quod ab heroico versu exordiri visus rerum scriptor manifestos senarios posuit continuos, scenicis quibusdam quos nuper procusos vidimus haud ullo pacto indignos:

Vrbém Romam a princípio reges hábuere.
Libertátem et consulátum Brutus institŭit.
Dictáturae ad tempús sumebantúr: neque
Decémviralis potéstas ultra biénnium,
Nequé tribunorum mil'tum consuláre ius.

Videlicet tam facile Romanis fuit versus facere, vel potius non facere difficile.

Sed istam codices nunquam non antestantium religionem saltem coniunctam esse putes cum accurata eorundem, in quorum fidem iuratur, codicum cognitione. Verum in Terentio quidem Klotziano res longe aliter cecidit. Tametsi enim maluisse se *libros vetustissumos praestantissumosque a G. Faerno et R. Bentleio excussos quam doctorum hominum coniecturas sequi* editor testatus est, tamen qui qualesque illi essent, quomodo inter se differrent, quo argumento de eorum praestantia constaret, qua fide viderentur collati esse, haec igitur omnia quaerere adeo omisit, ut ne uno quidem versiculo attigerit. Ac pertinet hoc, quod nunc dicturi sumus, etiam ad alios. Neque enim satis possumus mirari, cum tot tantisque laudibus cum aliorum Faerni codicum tum omnium vetustissimi Bembini excellentia longo ex tempore efferatur, ut nunc fere tralaticia sit, tamen per tria ferme saecula neminem exstitisse, qui iisdem libris post Faerni curas denuo inspectis bene de his litteris meruerit: nec enim vel G. Fabricii vel Cocquelini (a. 1767.) eo in genere opera memorabilis. Quo negotio facile intellectum esset, quod vel divinari ab unoquoque poterat, non aliter in conferendis libris mss. Faernum atque aequales philologos cunctos versatum esse, hoc est discrepantis scripturae largam eamque bonae frugis plenam posteris messem reliquisse. Ac praeterquam quod ex ipso Bembino praeclarae, quae adhuc latuerunt, emendationes peti possunt, e sola comparatione penitus excussi Bembini certius potest de reliquorum codicum indole iudicium prodire, ac sic demum, quae sit condicio fabularum Terentianarum, quas videantur vicissitudines expertae esse, qua sit via ac ratione ad earum emendationem accedendum, aliquanto et rectius et plenius, quam adhuc factum est, definiri. Et medio quidem aevo cum pauci scriptores latini saepius quam Terentius et lectitati et descripti sint, evenit ut codicum mss. paene infinita multitudo hodieque exstet. Praeter eos

autem, quorum e solis bibliothecarum indicibus notitia petitur, nos quidem nunc illos quoque praetermittimus, si qui a veteribus editoribus usurpati nec descripti accuratius, ac ne singulatim memorati quidem sint. Nam omnino totus hic locus, qui est de fontibus et successionibus mutuisque rationibus et usu antiquarum Terentii editionum, patet adhuc curioso studio, ac vix tenuissimis quibusdam Fr. Harii et Westerhovii initiis tractari coeptus est. Cf. Harii Addend. p. 95. sqq. eiusdemque et Westerhovii praeff. et adde Nov. Annal. philol. et paedag. Suppl. IV, p. 325. sqq. Sed quorum ab ipsis criticis mentio fit, eorum quam paucissimis verbis hunc indicem accipite.

Quattuor Io. Rivius in Castigationibus (1538.) usurpavit, ***Bunavianum*** antiquissimum, ***Hassensteinianum*** membr. Bononiae emptum, Huteri codicem a ***Muslero*** missum, D. Nicolai ***Fribergensem.*** Vid. Riv. praef. in editione Bergiana a. 1574. p. 196. sqq. Item quattuor Mureto (1555.) praesto fuerunt (Schol. Eun. Prol. 5. V, 8, 57.), unus ***suus*** (Phorm. III, 2, 6.), duo bibliothecae ***Antonianae*** Venetae, olim Dominici Germani Cardinalis (Heaut. III, 1, 101.), quartus Bernardi ***Lauretani*** (Eun. IV, 7, 19.): nam quem praeterea memorat ***Venetum***, impressus fuit (Andr. I, 5, 3.). Exstitit nunc Faernus (1565.), a quo nominatim afferuntur ***Bembinus*** ille nunc bibliothecae Vaticanae, quarto, ut nobis videtur, saeculo litteris quadratis scriptus, sine ulla controversia antiquior Mediceo Virgiliano: ***Vaticanus*** haud fere minore celebritate propter appictas singulis scenis personarum imagines (utrumque enim confudit Bernhardyus Hist. litt. Rom. p. 196.): praeterea ***Basilicanus, Victorianus***, ***Decurtatus.*** Quanquam non exiguum videtur etiam aliorum numerum habuisse, illis aliquanto inferiorum. Post Faernum codices suis in Terentium Castigationibus Ge. Fabricius (1574.) adhibuit, ***Palatinum*** h. e. Vaticanum, et pervetustum ***Werterianum*** (Ed. Berg. p. 8. sqq.) Item Romae inspexit Bembinum, ex eoque pauca adscripsit impresso exemplo, quo deinde Franc. Fabricius in Annotationibus usus est praeter alios tres libros sed ne eos quidem scriptos (Ed. Berg. p. 381.) Ex eodem illo G. Fabricii exemplo postea quaedam excerpta sunt in Walchii Act. Soc. lat. Ien. II, p. 186. sqq. Deinde cum ex *aliis* tum e ***Regio*** codice Parisino (de quo cf. praef. p. XXV. West., et Leng. p. 475.) ***Pithoeorumque*** notationibus, quae deberi codicibus videntur duabusque editionibus adscriptae fuerunt, Lindenbruchius (1602.) profecit, quanquam plus profecit ad Donatum quam ad Terentium emendandum, omnium autem minime ita, ut ipsius Parisini libri fidem repraesentarit: quae mira fuit Ritteri opinio praef. in Andriam. Secutus est Pareus (1619.) collatis quattuor antiquis, ut ait, membranis ***Palatinis*** h. e. Heidelbergensibus: quibus e ***Parisino*** libro ms. sumpta testimonia accedunt. Trium librorum mss., inter quos unius ***Argentoratensis*** academici, scripturas Boeclerus (1657.) memorat, duorumque ***Mediolanensium*** in commentariis ab eodem Boeclero editis acerrimi vir iudicii Fr. Guyetus: quas nobis copias dolemus aliorum tantum fide cognitas. Anglicorum codicum multitudo in promptu fuit Lengio Praesuli Norvicensi, e quibus ille ingentem discrepantis scripturae supellectilem congestam bibliothecae D. Catharinae legavit, unde postea utendam Harius (1724.) accepit: cuius vide praef. p. XXIV. Fuerunt autem illi codices, e quorum uberrimis copiis in ipsa editione Cantabrigiae vulgata a. 1701. pauca tantum Lengius proposuit p. 475. sqq., nihil prorsus exprompsit Harius, hi quos infra posuimus. *Cantabrigienses* tres, collegii *Corporis Christi*, collegii D. ***Petri***, et ***academicus***; ***Regius*** bibliothecae D. ***Iacobi***, cuius quidem excerpendi veniam a R. Bentleio

impetraverat; *Dunelmensis* longe omnium pulcherrimus; *Shippeni* pervetustus; *Bodleiani* quinque a Laudio donati, cum aliis *Oxoniensibus*: quibus duo accesserunt impressi libri, alter Casauboni, alter Tan. Fabri notationibus instructi, ductis ut videtur e codicibus (Nα, Nβ.). E quibus omnibus optimos Harius iudicat quintum, primum, secundum, sextum, quartum et ultimum. Biennio post exortus Bentleius praestitit quod annot. in Hor. Serm. II, 5, 79. sperari iusserat. Is nisi apparatum illum Lengianum ipsum usurpavit, magna certe ex parte eosdem Lengianos codices perpoliendo Terentio adhibuit, et adhibere eo commodius potuit, quod publici eorum plerique erant. Quanquam quosdam accessisse Lengianorum numero non comprehensos facile ex iis annotationibus perspicitur, quibus velut *Regios* et *Academicos* antestatur: ut taceamus *Meadianos* aliosque ipso nomine diversos. Attamen hunc locum, qui est de Bentleianis libris, par est intactum hic relinqui, cum hoc ipsum quale sit quaerere a Philosophorum Ordine nuper iussi sitis. Restat exterorum unus, Westerhovius (1726.) codicum a semet usurpatorum longe Bentleio diligentior testis. Vsus est enim scriptis exemplis tredecim his: quinque *Leidensibus*, quorum quartum XV. saeculo tribuit, quintum antiquum vocat; duobus Iusti *Lipsii*, quorum alter item migravit in Leidensem bibliothecam; *Traiectino* academico chart. saec. XV., *Oxoniensi* academico e libris *Bodlei*, *Markiano* XIII. saeculi, denique *Graeviano*, *Witiano*, *Boendermakeriano* membrr. Inter nostrates autem hoc quidem saeculo codices primus circumspexit Bothius, utrique editioni (a. 1806. et 1822.) adhibitis tribus *Berolinensibus*, tribusque *Guelferbytanis* quorum unus fuit olim *Helmstadiensis* et peculiari Facii opera collatus esse in Harlesii Opusculis fertur: quibus libris in annotatione critica posterioris editionis accessit omissus in praefatione *Friburgensis*. *Halensis* autem codicis fidem constat Brunsii editionem (1811.) religiosissime imitari. Tres *Guelferbytanos* (quartus enim scholia tantum quaedam vel glossas complectitur) habes in Perleti editione (1821.) excerptos, qui praeterea *Gothanos* duos inspexit, et ex *Ienensi* quaedam attulit accuratius ab I. G. Muellero in Walchii Act. Soc. Ien. l. c. collato. Vtroque Gothano et Helmstadiensi etiam Boettigerus usus in Spec. nov. ed. Ter. Denique nostratium trium *Rehdigeranorum* specimina Pinzgerus exhibuit in Seebodi Horreo phil. a. 1824. p. 816. sqq. unumque *Gryphiensem* Reinholdus Adnot. crit. in Ter. (Primisl. 1830.) habuit. Consulto autem praetermisimus, si qui semel bisve commemorantur a criticis aliud agentibus, ut in Novis Lectt. *Canteri* codex, in Quaest. Plaut. codices *Gulielmi*, alii alibi. Singulorum autem, quos enumeravimus, accuratior descriptio ex editorum sive praefationibus sive annotationibus petatur: neque enim vel ea in re vel in corrigendis, qui in Perleti maxime et Reinhardti narratione errores haud pauci commissi sunt, diutius immorari per angustissimos huius prooemii fines licuit. Sequitur nunc, ut unius alicuius particulae Terentianae plena et integra, quantum quidem fieri possit, scripturae diversitas proponatur: quod quantumvis molestum non unam ob caussam accidat, tamen omitti eo minus potest, quo certius, hac una via librorum inter se similitudines dissimilitudinesque recte perspici, persuasum habemus et usu comprobatum. Eam ad rem elegimus *Adelphon* initium, et litteris quidem *A*, *B*, *C* brevitatis caussa signavimus a nobismet ipsis post Faernum denuo excussos *Bembinum*, *Basilicanum*, *Vaticanum*: nec tamen Faerni ipsius testimonia omisimus, ut quam ille se diligentem praestiterit cognoscatur. His accedit *Ambrosianus* (*D*) ab A. Maio repertus unaque cum Plauti fragmentis ineditis Mediolani vulgato a. 1815.

libello aliquatenus descriptus: postremo ***Vindobonensis*** fragmentum satis antiquum (***E***), in Endlicheri Catal. MSS. Vind. I, p. 2. nuper recensitum. Quorum omnium curabimus ut accuratior descriptio olim foras detur. Praeterea ***F*** littera notavimus ***Halensem***: ***reliquos*** autem cum dicimus, ***nostros*** significamus quinque cum Halensi. De his sex codicibus sive universis sive singulis ubi tacemus, sciendum est cum Bentlei scriptura eos consentire: Guelferbytanos autem et Palatinos nullius nomine distinctos Perletianos et Pareanos esse.

G. Sulpici Apollinaris Periocha *A.* Argumentum *vel* Incipit Argumentum *reliqui h. e. BCDEF.* 1. adolescentulos *F.* 2. aescinum *BE.* 3. sed et tesiphonem secum retinet, *omisso* hunc, *E.* 4. cytharistriae *DEF.* 5. celebat *D.* caelabat *F.* eschinus *E, etiam v.* 8. famam quoque] famam rei *A.* famamque *reliqui.* 6. sese *A.* se *reliqui et Bothiani.* transferabat *D.* 7. phidicinam *A.* eripit lenoni *A.* lenoni eripui *m. pr. C.* lenoni eripuit *rell.* viciaverat *E.* 8. Eidem *A.* cive *A.* Atticam sed paup. *D.* 10. iurgare *ABCF, Bothii Guelf.* 1. 2. iurgare et *D, Bothii Berol.* 1. 3. *Helmst.* iurgare ac *Berol.* 2. iurgabat et *E.* ferre] ferebat *E.* 11. Vt] Et *A.* 12. vitiatam *A.* a se vitiatam civem atticam virginem uxorem *BCDF, Lindenbruchii Regius et Pith., et „sic fere“ Bothiani.* a sae viciatam cive virginem atticam uxorem *E.* tesipho *D.* citharistriam *A.* citharistria (cyth. *CDE*) exorato suo patre duro demea *BCDEF, Reg. et Pith. Lind., et „sic fere“ Bothiani, e quorum Berol.* 2. *praeterea affertur* citharistria.

PROLOGVS totus abest ab E. 3. sumus *paenultima littera correcta C.* 4. Ipse de se indicio *vetus editio ap. Westerh.* erit *BCF.* eripit *A.* erit et *D, codd. quidam Westerhovii, Bothii Helmst. et Frib., Perleti Guelf.* 2. iudices eritis *B.* iudices *C, in mrg. posito* eritis. 5. an *om. A.* duci it factum *A.* duci factum id *Bemb. et Vict. teste Faerno, duoque Regii Bentl.* duci factum *BCDF et Bothiani „praeter Guelferbytanum.“* id *om. codd. quidam West.* 6. synapothes . . . contes *tribus litteris erasis C.* sinapothnes contes *F.* sinapothescontes diffili *sup. scr. Gothanus* 1. difili *BCD.* comoediast *A.* comoedia est *BD.* comedia est *C.* comedia est *F.* 7. planstus *C ante rasuram.* 8. adolescens *F.* eripit *nostri cum F, „omnes fere“ Faerni, duo ex vetustissimis Bentl., Palatinus Fabricii, Dunelmensis et Nβ Lengii.* eripuit *Lengii Shipp., Corp. Chr., Petr., Nβ et omnes Bodleiani, ac plurimi West.* 9. eum *om. Mark. et pr. m. Boendermak., Guelf.* 2., *Helmst. et Friburg.* plaustus *C.* 10. reliquid *D.* hinc *C, cod. Lind.* sumsit *F.* 11. adelfos *BCD.* 13. existimetis *nostri cum F: item v.* 17. 14. preteritus *B.* neclegentia est *A.* neglegentia est *rell.* 15. maledici *A.* malevoli *BCDF.* nobilis *A.* nobiles *BCDF.* 16. adsiduaeque *D.* assidueque *F.* 17. Quid *A.* esse *nostri cum F, omnes Faerni et Bentl. Omittebatur olim.* 18. hic *om. Mark.* maximam *nostri cum F.* 19. nobis *quidam vetustissimi West.* 20. ocio *D.* in negotio in otio *F.* 21. usus est *nostri cum F.* 22. exspectetis *A.* expectetis *C.* expectetis *BF.* expectatis *D.* 23. primum *Guelf.* 1. ii partem *A.* hi partem *B, „alii“ codd. West.* hii partem *CF et e corr. D.* eam partem *codd. plurimi et ed. vet. West.* 24. partem *nostri cum F.* aequanimitas *nostri, F.* ut aequanimitas *duo Boecleri, Guelf.* 2. ut vestra aequanimitas *Boend., ed. vet. West.* vestra *om. omnes Leng., nisi quod sup. scr. est in Shipp.*

SCEN. I. Personarum nomina consulto praetermittimus. 1. Astorax *A.* redit *A.* 2. servolorum *C.* servulorum *BE.* adversum *A.* 3. vulgo dicunt *Goth.* 1. apsis *A.* 4. ubi *quattuor Bentl.,*

Berol. 1. 2. ibi *nostri, F, omnes Faerni.* Cesse se venire *C.* ea] aea *E.* tibi *Helmst., ed. vet. West.* sacius *E.* est *om. Berol.* 3. 5. que *E.* te uxor] texor *A.* dixit *E.* quae *sup. scr. Ien. Walch.* que *AE.* 6. que *E.* propicii *E.* propitii declarant *Ien. Perl. et Wlch.* 7. tae *E.* 8. tete *ABCF et m. pr. D, Bemb. et Bas. Faerni, nonnulli Bentl.* te *D post ras.* de te *E, Vict.* certe *Berol.* 2. atque *nostri, F,* „*iidem*“ *Faerni (ante quem legebatur* aut), *omnes Bentl., plerique Leng., Berol.* 3. in animo *F.* 9. *totum om. A.* Et *BDEF, omnes Faerni, plerique Bentl. omittit Guelf.* 2. ut *C.* sibi cum *D.* cum sibi *rell., Guelf.* 3. 10. redit *A.* que *E.* 11. Et *nostri, F, omnes Faerni. om. tres Bentl., Frib., Guelf.* 2. sollictor *C.* aut *om. Ien. Wlch.* 12. praefregerit *ACDF, omnes fere Faerni, Bentleiani, Berol.* 1. 2. *et m. pr. Argent.* praefregeret *E.* perfregerit *B.* 13. aliquit vah *A.* aliquid vah *BCDF.* aliquid vaha *E.* anima *ADEF, tres Boecl., cod. Lips. et vet. ed. West., Berol.* 1. 2., *Guelf.* 2. 3. animum *BC (sed hic* u *e corr.), Pal. Fabr.* instituere *ante* in animo *collocat D.* instuere *C.* instituere dignum *B.* 14. parere *F.* ipse est *ADEF.* ipse sit *BC, Guelf.* 3. 15. Atque nostri, *F, Bemb.* „*et alii*“ *Faerni, plerique Bentl., Pal. Fabr.* atqui *quidam West.* natus non est *nostri, F, omnes Faerni: ante quem vulgabatur* non natus est. sed *BCDEF.* ex fratre meo *A.* ex fratre. is adeo *rell.* 16. Is dissimili *A.* dissimilis *ante ras. C, tres Bentl. (unus IX. saec.), Berol.* 1. dissimili *BDEF.* iam *om. Ien. Perl. Wlch.* adolescentia *F.* adolescencia *E.* 17. ocium *E.* otium (urbanum) *Goth.* 1. 18. sectatus sum *Hassenst.* quo *Guelf.* 3. 19. hec *E.* 20—26. *D habet in mrg., sed m. pr.* 20. agere vitam semper *vet. ed. West.* 22. duo sunt *Guelf.* 2. magiorem *E.* 23. parvulo *BCDEF.* 24. id est] idem *E.* 25. item *ABCEF, cod. Rivii.* idem *D.* itidem „*plusculi*“ *West.* idem *alii West., Guelf.* 1. 2. sedulo] ad se dulo *A.* 26. omnia *A a m. sec. om. E.* 28. patre *Guelf.* 1., *codd. quidam et vet. ed. West.,* „*vetusta quaedam exemplaria*“ *Riv.* patres (bus) *E.* que *E.* adulescencia *E.* adulescia *F.* 29. caelet *D.* consue. feci. *cum rasura C. ultima littera* t *erat.* 30. fallare *D.* insueverit *A,* „*alii*“ *Bentl., Goth.* 1. insuerit *BCD.* insuevit *EF.* patrem aut audebit *ABCDF.* patre aut audebit *E.* aut audebit *om. quidam West.* 31. caeteros *F.* cetaeros *D.* 32. et] aut *E.* liberitate *D.* libertate *E.* 33. sacius *E.* 34. hec *E.* coveniunt *C.* 35. ad me saepe clamitans *nostri (nisi quod E* sepe), *F, Bemb. Bas. Vict.* „*et multi alii*“ *Faerni, Bentleiani, omnes Lengii.* clamitans *affertur etiam e Guelf.* 1. 2. 3. saepe ad me clamitans *ante Faernum.* 36. adolescens *E.* 37. putat *A.* sumptum *A, aliqui Faerni, inter quos Bemb.* sumptus *BCDEF, omnes Bentl., quidam West.* 38. vestitui *cod. Boecl.* vestitum *Guelf.* 2. nimium *Mediol.* 1. 2. *Guelf.* 2. nimis *Berol.* 2. indulgis *A, Bemb. Fabr.* 39. ipse *sup. scr. E.* est durus *AE, Berol.* 2., *Bemb. Faerni.* durus est *BCDF. omnes Bentl.* aequomque et *A.* aequumque et *BCDF.* aequm et *E.* aequum et *Guelf.* 2., *cod. Bodl. et vet. ed. West., tres Boecl.* 40. longe] multum *Berol.* 3. equidem *BC.* sentencia *E.* et errat quidem mea longe sententia *Guelf.* 1. 41. qui (frat) imperium *E.* 42. amicicia *E.* adiugitur *C.* 43. sic est *nostri, F, omnes Faerni, Bentll.* est sic *ante Faern.* racio *E.* „*et post* ratio“ *Guelf.* 2. *Perl.* anim *C, m. sec. addito* u. 44. coactus qui suum *ABEF.* coactus qui *C.* coactu suum *D.* 45. pavet *A.* cavet *rell.* 46. rursum *BCDEF et pr. m. A, fere omnes Bentl.* rursus *sup. scr. A, cod. Bodl. West.* „*Antiqui libri praeter Bas. et omnes fere alii* rursus. *Immo Bemb. prius habebat* rursum: *ut et habet Bas.*“ *FAERN.* 47. Ille quem *nostri, F, plerique Leng., pro quo olim* Quem *edebatur.* 48. par pari referre *Guelf.* 3. *Perl., Guelf.* 1. *Both.* absensque *ABDEF.* absensquae *C.* absens *Berol.* 3.

Frib., *quidam West.* 49. patrum *E*, *Frib.*, *Mark.*, *unus Leid. et ed. vet. West.* est pocius E. potius est *Traiect.* 50. recte *sup. scr. m. rec. A.* recta *Goth.* 1. 51. nequit] nescivit *pr. m. Trai.* 52. nescire *pr. m. A*, *cod. Riv.* nescire *m. sec. A.* uescire se *E*, *Helmst.* se nescire *BCDF*, *codd. West.* 53. Set E. Sed *rell.* ipse *A.* ipsus *rell.* aiebam *Frib.*, *m. pr. Bodl. West.* 54. iam] id *Guelf.* 3. ut assolet *F.* 55. salvom *AD.* salvum *rell.* salvo *ed. vet. West.* advenisse E. adveniente *ead. vet. ed.*

SCEN. II. 1. Ehem *ABCDF*, *aliqui Faerni, inter quos Bemb. Bas.*, *omnes Bentl.* He em E. opportune *A.* oportune *reliqui.* querito *E.* 2. rogas me *A*, „*Bemb. Vict. et multi alii*" *Faerni*, *sex Bentl.* rogitas me *BCDF*, *Graev.* rogasne E. rogitasne *unus Leid.* 3. quid] nescis quid *Guelf.* 3. ego tristis *F.* sum *E*, *tres Leid.* dixin . . . hoc *cum aliquot litterarum rasura B.* hoc *om. Guelf.* 2. fore] fore ego *D.* 4. quid *ACD*, *Bemb. et Bas. Faerni*, *veterrimus Bentl.* quid is *BEF*, *ceteri Bentl.*, *multi West.* 5. nec *nostri*, *F*, *omnes fere Faerni*, *plerique Bentl.* neque *erat olim.* 6. que *E.* 7. dimitto *Guelf.* 3. designavit *A.* dissignavit *rell.* 8. aedis *ABC.* aedes *DF.* edes *E.* inruit *A.* irruit *rell.* 10. mulcavit *ABCD*, *omnes Faerni*, *duo veterrimi Bentl.*, *Pal. Fabr. et ante* familiam *positum E.* multavit *F*, *Goth.* 1. mulctavit *tres Pal. Par.* 11. indignissime *AE.* 12. hoc *Werter.*, *nostri*, *F.* quod mihi *ABCDF.* mihi quod *E.* 13. orest *A.* ore est *rell.* omni *om. Bodl. West.* denique] denique ad extremum E. 14. fratrem] patrem *quidam West.* vidit *E.* 15. dare operam *nostri*, *F.* operam dare „*vetustiores nostri magno numero*" *BENTL.* 16. simile factum *A.* factum simile *BCDF*, *omnes Bentl.* fatum simile E. facti *affertur ex Guelf.* 1. hec *E.* Micio] mio *A.* 17. corrumpis *C.* corripi *E.* 18. nunquam *nostri*, *F.* nihil *Boend. Bodl. Lips. et vet. ed. West.* iniustius *A.* iniustius est *BCDEF*, *Reg. Lind.*, *omnes Bentl.*, *et iidem illi West.* 19. qui] quia *Bodl. West.* nisi] sini *A.* facit *Bodl. West.*, *Guelf.* 1. nihil *nostri*, *F.* 20. quorsumnam istuc *E.* hec *E.* 21. credere *Guelf.* 2. 22. potari *E.* non est *om. E*, *Mark.* 23. effrigere *C.* haec] hec *E.* id *Guelf.* 2. neque ego] ego *E.* neque tu neque ego fecimus *Boend.*, *duae vet. edd. West.* neque tu fecimus neque ego *Guelf.* 2. 24. siid *A.* siit *Bemb. Faern.* sivit *BCDEF*, *omnes Bentl.* sinit *Pall. Par.* 25. ducis *nostri*, *F.* duces *unus ex Regiis Bentl.* tum] tu *E*, *Guelf.* 2. 26. iniuriumst *A.* iniurium est *rell.* id *nostri*, *F*, *Guelf.* 2. 3. *om. alii.* 27. tu illum *nostri*, *F.* homo *rec. m. add. A.* 28. facere nunc *E.* etatem *E.* licet *m. pr. A*, *BCF*, *omnes Bentl.*, *omnes Palat. Par.* decet *m. sec. A*, *DE*, *duo Iani Gulelmi antiquissimi.* 29. pocius *E.* expectatum *ABCDF.* expectatum *E.* 30. alieniore *nostri*, *F*, *Faerniani*, *plerique Bentl.* alieniori *erat olim.* „Al. aet. post." *Guelf.* 1. etate *E.* „post fac. tam." *Guelf.* 2. 31. adigis *AE*, *Bemb. Vict. Decurt. Faerni*, „*pro varia lectione cod. e veterrimis*" *Bentlei.* adiges „*alii*" *West.* rediges *BCDF*, *Bas. Vat. Faerni*, *Dunelm. Corp. Chr. et Petr. Leng.*, *pars Bentleianorum*, *Reg. Lind.*, „*alii*" *West.* redigis *Shipp. Iacob.* Nαβ *Leng.*, *pars Bentll.*, „*alii*" *West.*, *Graev.* 32. flagicium *E.* facere hec *E.* haec facere *D.* 33. ausculta *nostri*, *F.* ah ausculta *olim edd.* optundas *AE.* obtundas *rell.* sepius *DE.* 34. adoptatum *quidam West.* 36. maximam *BCF.* fero *A.* feram *BCDEF.* inferam *Pal.* 3. 37. opsonat *D.* obsonat *rell.* meo] meo est *Mediol.* 1. 2. meo facit *Goth.* 1. 38. dabitur a me argentum *nostri.* dabitur ei argentum *F.* dabitur argentum *Helmst.*, *Frib.* dum *nostri*, *F.* ubi *olim.* 39. excluditur *E.* 40. rescidit *Ien. Wlch.* 41. et est *ADE.* est *BCF.* dis *AE.* diis *rell.* gracia *E.* 42. et unde] unde

quidam West. non *m. rec. sup. scr.* *A.* modesta *m. pr. A.* 44. te] et te *F.* hac re *nostri*, *F*, *omnes Leng.*, *plerique West.* hanc rem *nostri*, *F*, *quidam West.* ei *ABCDEF.* 45. patrem *Pal.* 3. illis *ABCDF*, *et* „*antiqui libri et multi alii*“ *Faern.*, *omnes Bentl.*, *Mss. Riv.*, *quidam West.*, *Graev.* aliis *alii West.*, *olim edd.* eis *E.* his *Pal.* 3. vere] vivere *vet. cod. Lind.* esse *Pal.* 3. sciunt] sunt *Trai.* 47. tun consiliis *A*, *Wert. Bemb. Fabr.*, *Argent.* tune consulis *BCDEF.* consulis *affertur etiam e Pal. Fabr.* qui[r]quam *C.* a *A.* ah *BCDF.* ha *E.* at *Pal.* 3. abiero] abiero domum meam *B.* 48. ais *Pal.* 4., *tres Boecl.*, *Mark.* totiens *ABCD*, *Graev.*, *Goth.* 1. *et post* de eadem re *collocatum F.* tociens *E.* re] re te *Ien. Perl. Wlch.* 49. cure — cure *E.* cura — cura *Graev.* 50. item] autem *E.* 51. ambos curare *nostri*, *F.* ambos *Guelf.* 1. ambos [te] curare *Bodl. West.* 52. illum est *AE.* est illum *rell.* amicio *A*, *Bemb. Faerni.* ah micio *Bentleiani.* [h] amicio *D.* [ah] amicio *C.* ahamicio *BEF*, *Vict. Bas. Faerni.* hamicio *Decurt.* ah ah micio *Boend.*, 2 *edd. vet. West.* 53. quid istic *A*, *Bemb. Vict. Faerni.*, *meliores Bentl.* quid isti[v]c *C.* quid istuc *BDEF*, *Guelf.* 2. tibi istuc *nostri*, *F*, *omnes Faerni*, *plerique Leng.* istuc tibi *unus e Regiis Bentl.* 54. perfundat *Pal.* 4. perdat *om. A.* potat *E.* [d] pereat *C.* pereat] pereat [ipse] *E.* „pereat *in fine versus*“ *Guelf.* 1. 2. 55. iam] iam peream *unus Boecl.* unum *AE.* ullum *BCDF*, „*et veteres nostri et multo plures*“ *Bentl.*, *Reg. Lind.*, *quidam West.*, *Berol.* 1. post hec *E.* 56. an non] ah non *Pal.* 2. repeto *A.* repeton *BDEF.* reppeton *C.* repeton filium *Bodl. West.* 57. aegrest *A.* aegre est *rell.* em *A.* hem *E et mrg. D.* iam *Pal.* 2. 4., *Boend.*, *Guelf.* 2. *om. CDF*, *Graev. Bodl. et ed. vet. West.*, *Guelf.* 3. 58. dis *AE.* diis *rell.* gratia] gratia habenda *quidam West.* 59. et iste *Guelf.* 2. iste] ipse E. ipsesesentiet *A.* senciet *E.* 60. gravi[u]s *C.* gravius quicquam *E*, *Guelf.* 1. 2., *quidam West.* 61. nil *D.* nihil *rell.* haec *D. m. rec. in mrg.* hec *E.* que *E.* 62. nihil *nostri*, *F.* molestia D. sed *nostri*, *F.* 63. egere *E.* itast *A.* ita est *rell.* 64. quod *A.* cum *rell. et rec. m. sup. scr. A.* placeo „*optimi*“ *West. praef. p. IIII.* advorsor *AE.* adversor *rell.* augeam iram Aut *Pal.* 2. 66. iam adiutor *Guelf.* 2. [incentor] adiutor *Goth.* 1. iracundie *E.* 67. aescinus *E.* 68. nobis *sup. scr. C.* faciat *Guelf.* 1. 71. taedabat *D.* tedebat *BCE.* velle] vellem [s. se] *C.* velle se *Guelf.* 1. 2. 72. deferuisse *ACDF.* deseruisse *BE.* deferbuisse *Pal.* 4., *quidam West.* deferunisse *Guelf.* 2. deservire *Pal.* 3. desaevisse „*alii*“ *West.* adolescentiam *F.* adolescenciam *E.* 73. gaudebam] credebam *Pal.* 2. autem *m. sec. Bodl. West.* nisi] ni *Pal.* 3. sed *Pal.* 4., *Guelf.* 2. 74. aput *A.* apud *rell.* forumst *A.* forum est *rell.*

Viden Faernum quam recte suorum librorum scripturas in Terentii editionem aut recepisse aut annotatione indicasse Ritterus praef. Andr. dicat? Nam ut paucis complectamur, praeter unum Halensem nullusdum Terentii liber ms. ita a quoquam est collatus, ut certum et plenum, pauci, ut aliquod de eorum indole iudicium fieri possit. Insigne istius incuriae documentum e. c. hoc exstat, quod terni Guelferbytani a Bothio et Perleto usurpati iidemne an non sint, ex allata quidem scripturae discrepantia nullo modo apparet: cum ne illud quidem, cum quibus exemplis impressis contulerint, testatum habeamus. Et tamen plus prodesse unus mediocris solet diligenter excussus quam leviter et promiscue inspecti boni decem. Itaque nihil potest imperitius esse, quam quod quisque suorum potissimum codicum, quos non ratio dederit

sed fors obiecerit, praestantiam iactat, minime reliquos perscrutatus; nihil magis ridiculum quam quod istius nimirum praestantiae laudem eo fere probatum eunt, ut *saepe consentire cum Bentleianis* dictitent: quasi non bonae scripturae cum in pessimos interdum codices fortuito irrepant, tum magno sane numero necessario communes pessimorum sint cum optimis: quasi vero non ipsorum diversissima ratio sit Bentleianorum librorum: quasi denique eorum ullus vel distinctius descriptus vel religiosius sit pervestigatus. Quodsi forte inter libros mss. quos supra recensuimus circiter octoginta unus et item alter exstet vel antiquitate vel bonitate ceteros plerosque superans (quanquam hoc ipsum qua ratione quove iure ex binis ternisve vel etiam nullis scripturae exemplis per CLXVI. versus allatis colligas?) tamen quid tandem celati prosunt thesauri sive ad ipsum poetam emendandum sive ad mss. testes in genera et classes quasdam dispertiendos? Quod cum firmissimum esse criticae artis factitandae fundamentum soleat, in nulla tamen re magis fluctuare et hariolando vagari Terentii editores videas. Nobis igitur, quo nunc res loco est, quid putatis aliud faciendum, nisi ut praetermissis priorum editorum copiis omnibus in nostris, de quibus solis plene constet, subsistamus? Atque in mentem venit Boettigeranae disputationis, qua duas esse codicum Terentianorum familias eorumque capita et ἀρχηγοὺς Bembinum atque Bentlei Cantabrigiensem academicum pronuntiavit Opusc. p. 242. Cuius sententiae pars altera vera est, falsa altera. Quid est enim, cur vel inter ipsos Bentleianos adeo eminere unus ille Academicus credatur? quod quale sit speramus fore ut Vestrum quispiam explicatius persequatur. Rursum autem quid est, cur ne reliquorum quidem ullus ab aliis usurpatorum accedere ad Cantabrigiensis illius praestantiam visus sit? Breviter dicam quod res est. Duo sunt sane codicum genera, aut ante *Calliopii* recensionem scriptorum aut ex ea ipsa ductorum. Illius generis longe omnium antiquissimus *Bembinus* est, cui satis confidenter *Victorianum*, dubitanter iungimus *Decurtatum*: huc pertinent circa IX. saeculum scripti *Basilicanus*, *Vaticanus*, *Ambrosianus*, Calliopii operam ipsa subscriptione testati. Praeterea autem ex eadem Calliopii recensione tanquam e communi fonte omnis propemodum reliquorum codicum multitudo vulgarium repetenda est, quorum quo minor aetas, eo maior solet gliscente labe pravitas esse, ut aequiperandi tribus illis vetustis pauci videantur, infra eorum bonitatem, quam ipsam rectius mediocritatem dixeris, longe plurimi subsistant. Qui autem ex quibus per quas propinquitatis vicissitudines manarint, id quidem nunc accuratius sciri et singulatim enucleari nequit, sed facillime indagari ascitis vel solis nostratibus aliquot codicibus poterit, velut Guelferbytanis octo (cf. Eberti Bibl. Guelf. p. 160 sqq.) vel Berolinensibus Rehdigeranisve, Gothanis, Vindobonensibus, Lipsiensi, aliis. Nec mirum est in quibusdam libris, ut vel ex proposita scripturae diversitate Adelphorum intelligitur, utramque recensionem vario temperamento mixtam apparere, e. c. in *Vindobonensi*: quale librorum genus cum saepe accidat ut merito sat magni aestimetur, tamen minoris vel nullius in Terentio momenti est, cuius binas recensiones liceat inter se discretas ex ipsis principibus fontibus petere. Omninoque verissime a Boettigero illud esse dictum putamus, Bembinum et alterius familiae fontes qui recte norit iisque Donati fragmenta adiunxerit, in centum fere codicibus reliquis vix quinquaginta, quarum aliquis esse usus possit, scripturae discrepantias inventurum: ac fortasse vel hic numerus nimius. Itaque cum critices Terentianae, quatenus e scriptorum librorum memoria apta est, summa contineatur in probe perspecta Calliopii opera, de hac paucis disserendum est. Instituit autem ille (de quo copiosa exstat Barthii disputatio Adversar. VI, 20.) non Terentii

tantum, sed Plauti quoque recensionem, quo de monuimus in Zimmermanni Diar. phil. a. 1837. p. 738. 746., similemque illis poetis operam atque Horatio Vettius Agorius Basilius Mavortius cum Magistro Felice, Virgilio et Sedulio Turcius Rufius Apronianus Asterius, Valerio Maximo Helvidius Domnulus, Caesari Iulius Celsus Constantinus et Flavius Licerius Firminus Lupicinus navavit: vid. Bentl. Praef. Hor. p. X., Heyn. in Virg. Vol. IV, p. 607. sqq. ed. noviss., doctissimumque collegam Schneiderum de bell. Hisp. scr. p. 6. Ex quibus invicem inter se collatis, quae vis sit eiusmodi recensionis, perspicietis, iidemque instituta Bembini Calliopianorumque librorum comparatione, quantum et cur et quomodo his ille praestet, certissimis argumentis indagabitis. Quod ut ante quam ad ipsam accedatis interpretationem faciatis, suademus eo valdius, quo brevius ea nobis opera propter chartarum huic prooemio concessarum paucitatem defungendum est, quoque maior e tali diligentia fructus ad idoneam in hoc universo genere facultatem comparandam percipitur. Sic raris quibusdam exemplis veram scripturam sola Calliopii recensione proditam reperietis, ut I, 4., aliquoties ex utriusque coniuncta memoria concinnandam, ut Per. 7. Prol. 4., alicubi inter se ipsos ita discrepantes Calliopianos, ut conveniat parti, parti disconveniat cum Bembino, atque adeo ab uno solo verum sit servatum, ut I, 9. Item compluries nulla vel propemodum nulla auctoritate intelligetis receptam nunc et per plurimas editiones propagatam scripturam niti, ut Per. 5. II, 25. Simul autem haec et similia omnia, quae hic persequi longum est, leviora esse sentietis prae duabus rebus, in quibus ipsa natura Bembini codicis cum Calliopii recensione comparati cernitur: ut in singulis non haerenti, sed universe et generatim iudicanti longius etiam a Bembini integritate Calliopii recensio distare, quam illa abesse a pristina fabularum Terentianarum specie videatur, h. e. ut simplicius dicamus, longo intervallo optimum codicem Bembinum esse, ac longe plurimis Calliopianorum naevis abstergendis sufficere, sed vel sic restare, quae cum tolli Bembini ope nequeant, ultra huius fidem progrediendi et salutis e coniectura petendae necessitatem monstrent. Ea autem et maior et minor pro re comparata Bembini libri integritas etsi ad alia plura spectat, tamen praeter reliqua in uno eoque omnium gravissimo corruptionis genere cernitur, hoc est in *interpolatione* ex *interpretamentis* orta. Quemadmodum enim depravatorum in codd. scriptorum aliae aliorum caussae sunt praecipuae, nec, ut hoc utar, Plautinarum corruptelarum primo in loco glossemata habenda esse monuimus l. c. p. 748.: ita in Terentii fabulis nullum est hoc depravationis genere frequentius. Quod et ita esse et propemodum dixerim non posse non ita esse neminem facile fugiat, qui non prorsus hodie fugitivis oculis Basilicani, Vaticani, Ambrosiani speciem et condicionem externam intueatur: quorum singulae paginae non tantum repletae sunt et tanquam obsitae adscriptis, superscriptis, subscriptis infinito numero explicationibus, sed easdem saepe ab ipsis poetae verbis adeo sive litterarum forma sive locorum opportunitate non distinctas tenent, ut non raro, interpretarine aliquid librarii voluerint an ipsi fabulae, quod in verborum continuitate forte omissum esset, adiicere, minime liqueat. Ac licet nonnumquam tam evidenter talium originem glossematum ostendere, ut hercle incurrat in oculos, velut ex duplici scriptura ipsius Bembini I, 52. II, 28., ex interpretamentis Halensis libri (neque enim ex Italicis illis vetustissimis ingentem hanc glossematum segetem descripsimus) Per. 5. II, 47. alibi. Quam immania autem hoc modo scripturae monstra exsistant luculento exemplo extremus versus periochae docet. Quae cum ita sint, quid est tandem, cur inde a quarto

saeculo corrumpi et interpolari Terentianas fabulas potuisse, non potuisse ante quartum saeculum opinemur?

Nunc autem, tametsi vobis emendandi materiam praeripere nolumus, aliquot saltem exemplis, qua ratione eo in negotio versandum sit, significabimus, promiscue iis e quovis genere petitis. Periochae v. 5. apparet *amoris* interpretamentum esse *rei* vocis, et Apollinarem huiusmodi quiddam scriptum reliquisse: *famam rei Ex fratre in sese transferebat*, nisi mavis *Ex illo*, vel *In sese tr. omnem*: nam *sese* pro *se* servandum necessario. Prologi v. 4. quoniam *erit* correpta ultima usurpatum demonstrari nullo modo potest, in *D* autem aliisque est *erit et*, quo spectare etiam *eripit* videtur, deleto *erit* simpliciter cum Bothio *et* scribendum: cuius opera etiam v. 53. et II, 41. vere restituti sunt. Alios succurrere versui sublato *eritis* voluisse *BC* ostendunt. V. 5. vix est quod moneamus *duci id factum oporteat* scribendum esse: id quod diu factum oportuit quanquam contra Faerni testimonium, quod ipsum nunc falsum esse comperimus. Scenae I, 15. pridem dubitari debuerat de versus exitu, tam illo inconcinno ut nihil supra. Pristinam scripturam e Bembino sic instauramus: *set fratre ex meo. Dissimili is studio est* —: qua ratione simul origo perspicitur *dissimilis* scripturae. Contra non est dubitandum, quin v. 30. rectissime se habeat *insuerit*, corruptelae autem sedes illa sit, quam nunc occupavit importune inculcatum *Audebit* verbum. V. 48. eiiciendum *par* glossema Guyetus pervidit. II, 38. etiam sine libris sic collocandum: *Amat? á me argentum dábitur, dum erit cómmodum.* Qui versus dici nequit quam sit misere a Guyeto et Bothio deturpatus: *Amát? dabitur argéntum* e. q. s. Graviora quaedam decerpsimus, pauca ex multis: de ceteris disputandi olim erit opportunitas. Quod reliquum est, valete, scholarumque quas vobis infra positas indiximus varietate recte utimini, et quam quisque norit artem in hac se exerceat.

Scr. Vratislaviae ID. SEXTIL. A. CIↃIↃCCCXXXVIII.

ORDO THEOLOGORVM CATHOLICORVM.

IOSEPHVS IGNATIVS RITTER, Dr. P. P. O. h. t. Dec. *Publice* I. *Antiquitates christianas* tradet ex schedis suis bis per hebd. dieb. Lun. et Mart. hora XI. II. In seminario theologico *Epistolarum S. Ignatii interpretationem* praeter *exercitationes historico-theologicas* moderabitur dieb. et hor. suo tempore indicandis. *Privatim* III. *Historiae ecclesiasticae partem primam* ad librum suum: *Handbuch der Kirchengeschichte*, quinquies per hebd. hor. X. enarrabit. IV. *Exercitationes practicas homileticas* moderabitur bis per hebd. dieb. Merc. et Iov. hor. XI.

IOANNES BAPTISTA BALZER, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Dogma de magisterio in ecclesia catholica infallibili* exponet bis dieb. Merc. et Sat. hor. XI. II. In seminario theologico *interpretationem selectorum e scriptis SS. patrum capitum* et *exercitationes dogmaticas* moderari perget die Merc. h. III. *Privatim* III. *Introductionis in universam theologiam partem primam* dabit quater dieb. Lun. Mart. Iov. et Ven. h. V. IV. *Theologiae dogmaticae partem primam*, sive doctrinam christianam catholicam *de Deo uno et trino eiusque proprietatibus* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. et Ven. h. XI.

IOANNES FRANCISCVS IGNATIVS DEMME, Theol. Lic. P. P. O. Des. *Publice* I. In seminario theologico *exercitationes exegeticas* moderabitur d. Sat. h. X. II. *Secundum librum Mosis* exponet dieb. Ven. et Sat. h. IX. *Privatim* III. *Archaeologiam Hebraeorum* tradet ex schedis suis ter per hebd. IV. *Introductionem in libros Novi Test.* exhibebit ex schedis suis ter hor. V. V. *Epistolas SS. Iacobi, Petri et Iudae et Apocalypsim S. Ioannis* interpretabitur quater h. IX.

ORDO THEOLOGORVM EVANGELICORVM.

DAVID SCHVLZ, Dr. P. P. O. h. t. Dec. *Publice* I. *Disputationes de rebus theologicis* moderabitur d. Sat. h. IX. II. In seminario theologico *exercitationes exegetico-criticas de Novo Test.* moderari perget d. Sat. h. II. *Privatim* III. *Criticam et hermeneuticam Novi Test.* docebit quinquies h. IX. IV. *Epistolas Pauli ad Romanos, Ephesios, Colossenses, Philemonem, Philippenses et ad Tim. II. cum epistola ad Hebraeos* interpretabitur sexies h. VIII.

GVILELMVS BOEHMER, Dr. P. P. O. *Publice* I. In seminario theologico *patrem aliquem ecclesiae sive graecae sive latinae* explanabit semel hor. def. II. *Epistolas Pauli ad Titum, Iacobi et Ioannis primam* ter per hebd. interpretabitur h. II. *Privatim* III.

De ingenio, moribus, vita scriptisque patrum et apostolicorum et ecclesiasticorum disseret ter per hebd. h. II. IV. *Historiae ecclesiasticae partem primam* enarrabit quinquies h. IV.

AVGVSTVS HAHN, Dr. P. P. O. *Publice* I. In seminario theologico *exercitationes historico-dogmaticas* moderabitur d. Sat. h. XI. II. In seminario *homiletico exercitationibus* praeerit d. Merc. h. XI. *Privatim* III. *Theologiae practicae partem priorem* h. e. *homileticam et catecheticam* quaternis dieb. h. XI. tradet. IV. *Theologiam dogmaticam* exponet quinis dieb. h. XII. V. *Historiae ecclesiasticae partem alteram* ad finem usque enarrabit senis dieb. h. III.

HENRICVS MIDDELDORPF, Dr. P. P. O. *Publice* I. In seminario theologico *exercitationes exegetico-criticas de Vet. Test.* moderari perget d. Sat. h. X. II. *Evangelium Ioannis* interpretabitur d. Sat. h. XI. et XII. *Privatim* III. *Iobum* explicabit quinquies per hebd. h. X. IV. *Introductionem historico-criticam in Vet. Test. libros* proponet quinq. h. XI.

GEORGIVS HENRICVS BERNSTEIN, Dr. Philos. P. P. O. *Publice Geographiam Palaestinae* tradet diebus Lun. et Merc. h. III.

AVGVSTVS KNOBEL, Philos. Dr. Theolog. Lic. P. P. E. *Publice* I. *Exercitationes catecheticas* moderari perget d. Merc. h. II. II. *Theologiam ecclesiae evangelicae symbolicam* tradet dieb. Merc. et Sat. h. XI. *Privatim* III. *Genesim et selecta reliquorum Pentateuchi librorum capita* interpretabitur sexies h. X. IV. *Paedagogicam et didacticam cum catechetica* tradet quinquies dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. II. et d. Sat. h. XII.

CAROLVS ADOLPHVS SVCKOW, Theol. Lic. P. P. E. des. *Publice* I. In seminario homiletico *exercitationes homileticas et catecheticas* moderari perget d. Iov. h. IV. *Privatim* II. *Encyclopaediam et methodologiam studii theologici* tradet quat. dieb. Lun. Mart. Merc. et Iov. h. III. III. *Ethicam christianam* docebit dieb. Lun. Mart. Merc. h. IV.

HERMANNVS HESSE, Philos. Dr. Theol. Lic. *Gratis* I. *Librum Koheleth* interpretabitur bis per hebd. h. IV. *Privatim* II. *Vitam Iesu Christi* enarrabit ter per hebd. h. IV.

IVLIVS RAEBIGER, Philos. Dr. Theol. Lic. *Gratis* I. *Apocalypsim Ioannis* interpretabitur bis per hebd. h. III. *Privatim* II. *Religionem Vet. et Novi Test.*, quam vocant *theologiam biblicam*, tradet quater per hebd. h. II.

HENRICVS RHODE, Philos. Dr. Theol. Lic. *Gratis* I. *Syntaxim linguae Hebraicae* exponet d. Merc. h. II. *Privatim* II. *Antiquitates ecclesiae christianae* describet ter per hebd. h. XI. III. *Historiam dogmatum christianorum* enarrabit quinquies h. XII.

ORDO IVRECONSVLTORVM.

PHILIPPVS EDVARDVS HVSCHKE, Dr. P. P. O. h. t. Dec. *Publice* I. *Ordinem iudiciorum privatorum, qui fuit apud Romanos,* exponet d. Iov. h. IX. et X.

Privatim II. *Institutiones iuris Romani historico-dogmaticas* tradet quotidie h. VIII. et quinquies h. IX.

IVLIVS FRIDERICVS HENRICVS ABEGG, Dr. P. P. O. *Publice* I. *De concursu creditorum secundum praecepta iuris communis et Borussici* disseret dieb. Ven. et Sát. h. x. II. *Ius criminale et processum civilem* examinando repetet sing. dieb. Ven. h. XI. sive alia hor. comm. *Privatim* III. *Ordinem iudiciorum publicorum iure communi et Borussico receptum* ad libri sui: *Lehrbuch des Criminal-Prozesses* ed. alteram (a. 1832) exponet quaternis dieb. h. x. IV. *Ius naturae* quod vocant sive *philosophiam iuris*, *praemissa huius disciplinae historia*, e schedis suis tradet quinquies h. III.

ERNESTVS THEODORVS GAVPP, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Ius commercii, cambiale et nauticum* docebit dieb. Mart. et Ven. h. XII. *Privatim* II. *Encyclopaediam et methodologiam iuris*, schedulam suam: *Grundriss der iuristischen Encyclopaedie und Methodologie* secutus tradet quotidie praeter diem Iov. h. x. III. *Ius Germanicum privatum*, *iuris civilis Borussici*, *quatenus ex iure Germanico emanaverit*, *habita continua ratione* docebit quotidie praeter diem Iov. h. IX. IV. *Ius commune Borussicum* quotidie excepto die Iovis docebit h. XI.

MICHAEL EDVARDVS REGENBRECHT, Dr. P. P. O. *Publice* I. Examinatorium *de iure publico civitatum Germaniae* instituet hor. comm. *Privatim* II. *Ius publicum Germaniae* docebit quotidie h. VIII. III. *Ius gentium Europaearum* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX. IV. *Historiam civitatis et iurium Germanicorum* narrabit quotidie h. x.

AVGVSTVS GEYDER, Dr. *Gratis* I. *De iure provinciali Silesiaco* disseret binis dieb. hor. comm. *Privatim* II. *Historiam civitatis et iurium Germanicorum* narrabit quotidie h. x. III. *Ius feudale commune et Borussicum* docebit dieb. Lun. Mart. Iov. et Ven. hor. comm.

LVDOVICVS GITZLER, Dr. *Gratis* I. *Ius matrimonii ex iure communi ac Borussico* docebit dieb. Merc. et Sat. h. XII. *Privatim* II. *Ius canonicum cum iure ecclesiastico*, *excepto iure matrimonii*, tradet quotidie praeter diem Sat. h. VIII. III. *Ius hereditarium Romanorum et commune* docebit quotidie h. XI. IV. *Repetitorium atque examinatorium* instituet ac moderabitur quotidie h. II.

ORDO MEDICORVM.

ADOLPHVS GVILELMVS OTTO, Dr. P. P. O. h. t. Dec. *Publice* I. *Historiam foetus* enarrabit d. Sat. h. VIII. *Privatim* II. *Anatomen corporis humani universam* demonstrabit quotidie h. XI. III. *Anatomen hominis et brutorum pathologicam* docebit quat. dieb. h. II. IV. *Exercitationes anatomico-practicas* moderabitur quotidie h. IX. et x. ac II.

IOANNES CAR. LEOP. BARKOW, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Examinatorium anatomicum* habebit semel per hebd. h. def. *Privatim* II. *Osteologiam et syndesmologiam corporis humani* tradet Lun. et Mart. h. I.

TRAVG. GVILELM. GVSTAVVS BENEDICT, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Doctrinam de fasciis et instrumentis chirurgorum* ad librum suum Lipsiae a. 1827. editum explicabit quaternis dieb. h. VII. mat. II. *Examina de singulis chirurgiae capitibus* continuabit binis dieb. hor. def. *Privatim* III. *Chirurgiam generalem et doctrinam de chirurgicis operationibus huc pertinentibus, ac primam partem chirurgiae specialis* tradet senis dieb. h. XII. IV. *Ophthalmiatricen* docebit quaternis dieb. hor. def. V. *Clinicen morborum chirurgicorum et morborum oculi humani* moderari perget quotidie h. VIII. et IX.

IVLIVS GVILELMVS BETSCHLER, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Operationes obstetricias* docebit bis per hebd. h. V. II. *Explorationes obstetricias* moderabitur bis per hebd. h. def. *Privatim* III. *Artem obstetriciam* docebit quater per hebd. h. V. IV. *Clinicum gynaecologicum* moderabitur quotidie h. XII.

AVG. GVILELM. EDVARD. THEOD. HENSCHEL, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Anatomen plantarum* demonstrabit d. Merc. h. II. *Privatim* II. *Semioticen* docebit quater per hebd. h. II. III. *Historiam rei medicae* tradet quater per hebd. h. III.

IOANNES EVANGELISTA PVRKINIE, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Selecta capita physiologiae* exponet d. Lun. h. IV. II. *Capita ex physiologia et pathologia generali selecta* repetendo tractabit d. Merc. h. IV. *Privatim* III. *Pathologiam generalem* docebit dieb. Lun. Merc. et Ven. h. IV.

GVILELM. HERMAN. GEORG. REMER, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Artem formulas medicas concinnandi* docebit dieb. Merc. et Sat. h. I. *Privatim* II. *Therapiam apyrexiarum dynamicarum* docebit quaternis dieb. h. I. III. *Medicinam forensem* duce Metzgero docebit senis dieb. h. II. IV. *Exercitationes medico-clinicas* moderabitur quotidie h. X.

IOANNES WENDT, Dr. P. P. O. *Publice* I. *De morbis ex laesa mente oriundis* disseret dieb. Merc. et Sat. h. IV. *Privatim* II. *De febribus et inflammationibus* disseret quaternis dieb. h. IX. III. *Vniversam materiam medicam* exponet quater per hebd. h. V.

HENRICVS ROBERTVS GOEPPERT, Dr. P. P. E. *Publice* I. *De plantis cryptogamicis* disseret dieb. Mart. et Ven. h. IV. *Privatim* II. *Pharmacognosim* docebit quater h. III. III. *Physiologiam plantarum demonstrationibus microscopicis illustratam* docebit dieb. Merc. et Sat. h. V.

CAR. IVL. GVIL. P. REMER, Dr. P. P. E. Des. *Publice* I. *De morbis syphiliticis* disseret dieb. Merc. et Sat. h. III. *Privatim* II. *Cursus operationum chirurgicarum partem priorem* persequetur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII. mat. III. *De ossium fracturis et luxationibus* disseret dieb. Merc. et Sat. h. VII. mat.

IOANNES AVGVSTVS BVRCHARD, Dr. *Gratis* I. *De morbis infantum* disseret bis per hebd. h. def. II. *Examinatorium de singulis artis obstetriciae capitibus* instituet bis per hebd. h. def. *Privatim* III. *Operationes obstetricias in phantomate exercendas* demonstrabit quotidie h. def. *Privatissime* IV. Iis, qui *artem obstetriciam universam vel singula eius capita exercendo repetere* cupiant, libenter aderit.

CAROLVS GVILELM. KLOSE, Dr. *Gratis* I. *De herniis* disseret semel per hebd. die Mercurii. II. *Hippocratis Aphorismos* explanabit semel per hebd. die Saturni. *Privatim* III. *De morbis chirurgicis inflammatoriis* disseret quater per hebd. dieb. Lun. Mart. Iov. et Ven.

MAVRITIVS KVESTNER, Dr. *Gratis* I. Iis, qui *artem obstetriciam universam, vel singula eius capita examinando repetere* cupiant, lubentissime aderit bis per hebd. h. III. *Privatim* II. *Artem obstetriciam* e schedis suis tradet quater per hebd. h. III.

IOANNES IOSEPHVS SEIDEL, Dr. *Gratis* I. *De medicaminibus e regno animali oriundis* bis per hebd. h. def. II. *De mesmerismo, galvanismo, electricitate et perkinismo* disseret semel per hebd. h. def.

ORDO PHILOSOPHORVM.

GEORGIVS FRIDERICVS POHL, Dr. P. P. O. h. t. Dec. *Publice* I. *De phaenomenis electromagneticis* disseret d. Sat. h. XII. *Privatim* II. *Physicen experimentalem* docebit quinq. per hebd. h. XII.

GEORGIVS HENRICVS BERNSTEIN, Dr. P. P. O. *Publice Grammaticam Syriacam* docebit bis per hebd. dieb. Mart. et Ven. h. III.

CHRISTOPHILVS IVLIVS BRANISS, Dr. P. P. O. Des. *Publice* I. *Philosophiam Hegeli* exponet dieb. Iov. et Ven. h. IV. *Privatim* II. *Logicam* docebit dieb. Lun. Mart. et Merc. h. IV. III. *Psychologiam* docebit dieb. Lun. Mart. et Merc. h. V. IV. *Historiam philosophiae universalem* enarrabit dieb. Lun. Mart. et Merc. h. VI., dieb. Iov. et Ven. h. V. et VI.

CHRIST. GODOFR. NEES AB ESENBECK, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Fructus et semina plantarum* demonstrabit dieb. Mart. et Iov. h. III. *Privatim* II. *Elementa philosophiae* quam *speculativam* dicunt Schellingio duce tradet dieb. Lun. Mart. Merc. et Iov. h. VI. vesp.

NICOLAVS VOLGANG. FISCHER, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Examinatorium chemicum* habebit semel per hebd. h. XII. *Privatim* II. *Chemiam* quam vocant *experimentalem* quinq. h. VIII. et d. Sat. h. II. et III. docebit. III. *De corporibus* q. v. *reagentibus chemicis* disseret dieb. Merc. et Ven. h. III.

ERNESTVS FRIDERICVS GLOCKER, Dr. P. P. O. Des. *Publice* I. *De novissimis mineralogiae et geologiae incrementis* disseret d. Iov. h. V. II. *Elementa crystallographiae* docebit dieb. Lun. et Mart. h. XI. *Privatim* III. *Geognosin* tradet quater per hebd. horis indicandis. IV. *Examinatorium mineralogicum* offert dieb. Lun. et Mart. h. II.

IOAN. LVDOV. CHRISTIAN. GRAVENHORST, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Zoologiam medicinalem* tradet dieb. Mart. et Ven. h. XII. *Privatim* II. *Historiam naturalem* ex enchiridio suo docebit quotidie h. X.

HENRICVS HOFFMANN, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Historiam litterariam medii aevi* enarrabit ter per hebd. dieb. Lun. Merc. et Sat. h. XII. II. *Grammaticam Teutonicam saeculi XIII.* exponet et *poema der Nibelunge nôt* inscriptum interpretabitur bis per hebd. hor. audit. comm. *Privatim* III. *De codicibus manuscriptis* aget et *exercitationes practicas*

instituet duce libro suo: *Handschriftenkunde für Deutschland* (Vratisl. 1831.) d. Sat. h. II. et III. IV. *De lingua Teutonica litterarumque Teutonicarum historia scribendi disputandique exercitationes* moderabitur d. Sat. h. V. et VI.

FRIDERICVS RITSCHL, Dr. P. P. O. *Publice* I. In seminario philologico tum *disputandi exercitationes* tum *Terentii Adelphon interpretationem* moderabitur d. Ven. h. VIII. et IX. *Privatim* II. *Encyclopaediae philologicae partem alteram* tradet, quae est de *arte hermeneutica, critica et grammatica,* dieb. Lun. Mart. Merc. h. VIII. III. *Aristophanis Ranas* interpretabitur praemissa *comoediae Graecae historia* eisdem dieb. h. IX.

IOSEPHVS IOANNES ROHOVSKY, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Elementa philosophiae* tradet dieb. Mart. et Ven. h. XII. II. *Ciceronis de finibus bonorum et malorum librum I.* interpretabitur d. Sat. h. XII. *Privatim* III. *Principia omnium philosophiae partium* docebit dieb. Mart. Iov. et Ven. h. VIII. IV. *Platonis Phaedrum* explicabit dieb. Mart. Iov. et Ven. h. II.

CARL. ERNEST. CHRISTOPHOR. SCHNEIDER, Dr. P. P. O. *Publice* I. In seminario philologico *disputandi et interpretandi exercitationes* moderabitur dieb. Merc. et Sat. h. X. et XI. *Privatim* II. *Syntaxis graecae partem priorem* tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X. III. *Horatii carmina selecta* interpretabitur dieb. Mart. et Ven. h. XI.

IOANNES SCHOEN, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Historiae congressus Viennensis partem alteram, quae mutationes postea constitutas enucleet,* d. Merc. h. IV. tractabit. *Privatim* II. *Oeconomiam nationalem* dieb. Lun. Mart. Iov. et Ven. docebit. III. *Politicen* dieb. Lun. Mart. et Iov. tradet.

ERNESTVS IVLIVS SCHOLTZ, Dr. P. P. O. Des. *Publice* I. *Calculum integralem* secundum Lacroix exponere perget quater per hebd. h. XI. II. *Astronomiam theoricam* quater per hebd. h. X. docebit. *Privatim* III. *Algebrae partem alteram,* sive *doctrinam* quae est de *logarithmis, seriebus et aequationibus,* quater per hebd. h. IX. docebit.

GVSTAVVS ADOLPHVS STENZEL, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Res annis ab MDCCCXIII. usque ad MDCCCXV. gestas* narrabit dieb. Lun. et Mart. h. III. *Privatim* II. *Statisticen universalem et praecipuarum Europae civitatum specialem* narrabit quinq. per hebd. excluso d. Sat. h. IV. *Privatissime* III. *Exercitationes historico-criticas* moderabitur horis constituendis.

LVDOVICVS THILO, Dr. P. P. O. *Publice* I. *De Leibnitzii et Kantii philosophia* disseret d. Merc. h. II. *Privatim* II. *Logicen* docebit dieb. Merc. et Sat. h. VIII. mat. III. *Paedagogicam et didacticam* dieb. Lun. et Iov. h. II. docebit.

FRIDERICVS BENEDICTVS WEBER, Dr. P. P. O. *Publice* I. *Encyclopaediam et methodologiam disciplinae cameralis* tradet ex libri sui: *Entwurf einer Encyclopaedie und Methodologie der Cameral-Wissenschaften* edit. II. (Berolin. 1819.) d. Merc. h. V. *Privatim* II. *Rem rusticam universam* docebit ex thesibus suis quotidie h. IX. III. *Statisticen oeconomico-politicam regni Borussici* ex thesibus suis quater per hebd. h. X. docebit.

IVLIVS ATHANASIVS AMBROSCH, Dr. P. P. E. *Publice* I. *De caussis atque natura et ingenio artium antiquarum* singulis per hebd. horis disseret. *Privatim* II. *My-*

thologiam Graecam quaternis horis tradet. *Privatissime* III. *Latine scribendi et loquendi exercitationes* moderabitur ternis horis.

PALMVS HENRICVS LVDOVICVS DE BOGVSLAWSKI, Dr. P. P. E. Des. *Publice* I. *Colloquia de rebus astronomicis* moderari perget d. Ven. h. VI. *Privatim* II. *Observationes astronomicas ad calculos vocare* docebit d. Ven. h. V. *Privatissime* III. *Geographicam locorum longitudinem et latitudinem determinandi artem* explicabit d. Sat. h. V.

MAVRITIVS LVDOVICVS FRANKENHEIM, Dr. P. P. E. *Publice* I. *De lumine et calore* disseret dieb. Lun. et Iov. h. IV. II. *Astronomiam* quam *popularem* dicunt exponet dieb. Mart. et Ven. h. IV. *Privatim* III. *Physicam universam* docebit et *experimentis* illustrabit quinq. per hebd. h. III.

MAXIMILIANVS HABICHT, Dr. P. P. E. *Publice* I. *Grammaticam arabicam* secundum Rosenmuelleri Institutiones (Lipsiae 1823.) docebit dieb. Lun. et Iov. h. VI. II. *Coranum* interpretabitur dieb. Lun. et Iov. h. V. *Privatim* III. *Abdullatifi compendium memorabilium Aegypti* (Tuebing. 1789.) interpretabitur. IV. Explicationem libri *Mille noctes et una* inscripti secundum editionem suam continuabit horis auditoribus comm.

IOSEPHVS AVGVSTVS KVTZEN, Dr. P. P. E. *Publice* I. *De Friderico Magno eiusque aetate* disputabit. *Privatim* II. *Historiam universalem* adumbrabit quater per hebd. *Privatissime* III. *Disputationes geographico-historicas* instituet binis hor. per hebd.

ADOLPHVS FRIDERICVS STENZLER, Dr. P. P. E. Des. *Publice* I. *Linguam Sanscritam* docebit dieb. Lun. et Iov. h. IV. II. *Historiam litterarum Sanscritarum* enarrabit dieb. Mart. et Ven. h. IV. III. *Elementa linguae Persicae* tradet dieb. Lun. et Iov. h. V.

CAROLVS FRIDERICVS BELLMANN, Dr. *Privatim* I. *Historiam litteraturae Romanae* enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. et Ven. II. „Suppeditatis nuper prologis textum Graecum quod debet *Aeschyleae septem ad Thebas* fabulae“ tractabit dieb. Merc. et Sat. III. *Latine loquendi et scribendi exercitationes* instituet dieb. Merc. et Sat.

BRVNO HILDEBRAND, Dr. *Gratis* I. *Germanorum antiquitates publicas* bis per hebd. docebit. *Privatim* II. *Historiam medii aevi* quater per hebd. enarrabit. *Privatissime* III. *De rebus historicis disputandi exercitationes* moderari perget.

AVGVSTVS KAHLERT, Dr. *Gratis* I. *De Schillero et Goethio* disseret semel per hebd. *Privatim* II. *Aestheticam* tradet ter per hebd. h. comm.

CAROLVS LVDOVICVS KANNEGIESSER, Dr. *Privatim Litteraturam Anglicam* imprimis *poeticam* enarrabit bis per hebd.

ADRIANVS KOECHER, Dr. *Privatim* I. *Artes novissimas, quibus aequationes numericae cuiuslibet gradus solvuntur* praemisso *theoremate binomiali et polynomiali* exponet bis per hebd. II. *Arithmeticam et algebram* docebit ter per hebd.

CAROLVS HENRICVS LACHMANN, Dr. *Gratis* I. *Historiam Romanam sub Caesaribus* docebit bis per hebd. *Privatim* II. *Historiam medii aevi usque ad finem bellorum cruciatorum* enarrabit quat. per hebd.

LECTORES LINGVARVM.

ADOLPHVS CASPARI, Lect. *Gratis* I. *Tassonis Hierosolymam liberatam* interpretabitur. *Privatim* II. *Alberti Notae* fabulam *la lusinghiera* inscriptam interpretabitur, III. *Italice scribendi et disputandi exercitationes* moderabitur.

HENRICVS EMAN. LONDON, Lect. *Gratis* I. *Anglice scribendi et loquendi exercitationes* instituet duce libro: *Handbuch der englischen Sprache und Literatur von Ideler und Nolte, prosaischer Theil*, bis per hebd. hor. def. *Privatim* II. *The Vicar of Wakefield by Goldsmith* interpretabitur *grammaticae potissimum ratione habita* bis per hebd. hor. def.

HENRICVS CHRISTOPH. NEVMANN, Dr. *Gratis* I. *Grammaticam Hebraicam* Gesenio duce tradet adiectis *exercitationibus practicis*, ter per hebd. h. v. II. *Grammaticam Chaldaicam* Vinero duce exponet adiectis *exercitationibus practicis* ter per hebd. h. v. *Privatim* III. *Psalmos grammaticae tantum ratione habita* explicabit quinq. per hebd. h. IV.

AVGVSTVS THEODORVS PEVCKER, Lect. *Gratis* I. *Grammaticam neo-graecam* docebit librum a Schmidtio editum secutus: *Hülfsbuch zur Erlernung der neugriechischen Sprache* (Lips. 1824.) bis per hebd. II. *Athanasii Christopuli lyrica* bis per hebd. interpretabitur. III. *Grammaticam Franco-gallicam* bis per hebd. tradet.

SAM. THEOPHIL. RVEDIGER, Dr. *Gratis* I. *Franco-gallice scribendi et loquendi exercitationes* instituet dieb. Merc. et Sat. h. II. *Privatim* II. *Molieri fabulam Avarum* interpretabitur.

Musicam docebunt Mosewius et Wolf, artem vel graphide delineandi vel penicillo imitandi Siegert, taxidermiam Rotermund, artem equitandi Meitzen, batuendi Loebeling, saltandi Foerster.

Bibliothecae Academicae diebus Merc. et Sat. ab hora II. ad IV., ceteris ab XI. ad XII. apertae usibus studiosorum patebunt. Leges indicat scheda in coenaculo studiis dicato proposita. Ex reliquis tribus urbis bibliothecis Rehdigerana cum Burgiana ad aedem S. Elisabethae consociata patebit diebus Merc. et Sat. ab hora II. ad IV., ea autem, quae est ad aedem S. Bernardi, singulis diebus Iovis eisdem horis; de tertia, quae ad aedem S. Mariae Magdalenae servatur, conveniendus singulis diebus Saturni ab hora X. ad XII. bibliothecarius est, qui est gymnasii M. Magdalenensis rector.

Collectiones rerum et instrumentorum ad physicam, astronomiam, anatomen, physiologiam, historiam naturalem agrorumque culturam pertinentium, artis et antiquitatum Museum et pinacotheca, inspiciendi venia suo loco et tempore impetrata, monstrabuntur.